



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Lib. III. Decretalium. In quo agitur De Rebus, quae in judicium devenire solent, cujusmodi sunt, de vita et moribus Clericorum, ...

Schlüter, Georg

Augustæ Vindelicorum, 1708

§. 3. De modis quibusdam particularibus acquirendi beneficium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73045](#)

§. 3.

*De modis quibusdam particularibus
acquirendi beneficium.*

415 Questio. 1. est, an beneficium acquiri possit, *dato conferentz viciſſim aliquo temporali?* 2. an collatione extorta à Collatore per metum? 3. an per *reſcriptum ſubreptione impetratum?* 4. an collatione clandeſtinū? 5. an *antequam vacet?* 6. an admissa *impoſitione penſionis*, vel ſimiliſ oneris? 7. an ſolum *ad tem- pus?* 8. an ad acquirendum ſufficiat collatio *alternativa?* 9. an collatio *fne ſcriptura?* 10. an collatione *conditionata?* vel *sub modo?*

Ad. 1. r. non poſſe, interventu alicujus rei temporalis, quod etiam virtualiter ha- beat rationem compensationis, de quo latè egimus lib. 5. tit. 3. de Simonia, præſertim in beneficiis a. 473. ex quo ſequitur, be- neficia debere confeſſari gratis. Ad. 2. r. ne- gativè, ſi metus ſit gravis, ac iuſtè incuſus, ſic, qui per metum amittendi patrimo- nium renuntiavit beneficio, illud repete- re poſteſt, ut dicitur c. *Abbas.* 2. de his, quæ vi, ex quo habetur beneficia debere *conferri*, conſequenter *acquiri libere*, libertate ex- cludente iuſto metu extortam collatio- nem. Ad. 3. r. negativè, ſi ſermo ſit de re- ſcripto *Papali*, vel Legati Pontifici, ut colligitur ex c. *Cum adeo,* 17. de *Reſcript.* de quibus V. lib. 1. tit. 3. dixi *Papai*: nam collationes beneficiorum, que fiunt a *Locorum Ordinariis* præfumuntur fieri ab illis, bene informatis ſuper qualitatibus be- neficiorum proviſorum, id, quod expreſſe habetur in Clement. *Etsi.* 2. de *Offic. Or- din.* ibi: *etsi ab Apostolicæ Sedis Legato,* de beneficio facta collatio, beneficium aliud obtinenti, non valeat, niſi de illo, quod obtinet facta fuerit mentio ſpecia- lis: in aliis tamen quibuslibet collatio- nem beneficiorum habentibus, hoc no- muſ obſervari.

416 Ex hoc enim deducitur. 1. beneficii col- lationem, factam ab inferiore Collatore quolibet citra Legatum Apostolicum, va- lere non facit mentione de beneficio, quod prius habeatis, cui fit, & ideo in pro- visione facta ab *Ordinario* non eſt opus impetranti, facere mentionem de obten- tis, ſic Azor p. 2. l. 6. c. 10. q. 4. & conſtat ex textu, ibi: *in aliis tamen.* Nam Episcopi, & *Ordinarii* intelliguntur providere *Ecc-*

clesis motu proprio, cùm ad hoc tenean- tur; ſed Papa, & Legati provident personis, & non Ecclesiis, ſic Felin. c. *ad aures n. 15.* Menoch. *de arbitrar. caſu 201.* a. n. 154.

Ad. 4. r. collationem, & receptionem 417 beneficii, factam clam, & occulte non eſſe quidem irritam, quandoq; tamen eſſe ſub ſuſpicio, &, tit, cùm probanda fuerit, hoc rite ſiat, exigi ſcripturam, vel teſtes, aliud eſt de elecione clandestina ad Ecclesiā Cathedrales, vel Conventualeſ non publi- cara, propter c. *Quia propter 42. de Elec.* ad 5. r. negative *ex dicend.* tit 8. *de con- ceſſ. præbend.* Ad. 6. r. negative *ex dict.* lib. 5. a. n. 473. Ad. 7. r. quod non, lo- quando de beneficio propriè dicto, cùm de illius naturâ ſit, *eſſe perpetuum etiam in Beneficiato ex n. 151.* & ita tradit Pyrrhus Corradus *dispens.* *Apostol.* l. 6. c. 2. n. 21. Ad. 8. r. negative, ſi collatio dicat, *huic, vel illi*, ſic enim voluntas conſeruentis, ex qua vim habet collatio, redditur incerta, arg. c. *de elec. in 6. junct. glōſſ. V. incerta;* Ad. 9. r. ſufficere *ad obtainendum jus in beneficis*; non autem, ubi opus fuerit *pro- batione*, niſi adiuit teſtes legitimi; quod tamen accipe de collatione facta ab inferio- re, ſi enim ſiat à Papa, vel ejus Legato, ad valorem opus eſt literis Apostolicis per Ex- travag. *Injunctionē de Elec.* inter coſmunes.

Ad. 10. diſtinguendum eſt inter condi- 418 tiones appoſitas. Nam collatio facta ſub conditione, quæ tacite inefſt, ſi non exprimatur; vel ſi exprimatur, ſed non aliter, quām inſit, non eſt iuſpensiva (ut diximus l. 4. tit. de condit. appoſit.) conſequenter non vitiat conſenſum Collatoris, quod etiam diſtinguendum de conditione de praefenti, vel praeterito, de qua poſſit notitia haberri; ſic enim nec ſuspendit voluntatem conſeruentis, nec etiam incertam reddit; quod etiam procedit, ſi conditio talis ſit omnino extrinſeca, & impertinens ad beneficium, li- cet oppoſitū ſentiat Pirhing h. t. n. 64. propter voluntatis *incertitudine*, ex tali con- ditione, at, hoc non ſequitur, ubi conditio, etiam iuſpensiva, facile deprehendi poſteſt.

Loquendo autem de *modali collatione* 419 beneficii, nimirum collationi adjecto mo- do, ſeu certo onere vel ſimili, diſtinguendum eſt, & affirmandum *de modo*, qui ta- cite inefſt, v. g. *ut deſervias Ecclesiæ in Of- ficio, quod ei ex iuſtitutione ſua, vel fun- datione incepit, vel, ut intra annum*

N 3 fias

102 Tract. in Lib. III. Decretal. Quæstio V.

sias Sacerdos, si beneficium curatum conferatur non Sacerdoti: Secùs est de modo repugnante substantiæ collationis, de quo V. dicit. l. 4. tit. 5. de condit appos, vel de modo conferenti, præsentanti, aut instituenti pensionem aliquam, aut temporale aliquid in compensationem in beneficio collato constituendi, vel admittendi, ut constituantur, &c. hæc enim verè continent simoniam, secundum dicta lib. 5. tit. 3. de Simonia, de quibus V. etiam dicenda tit. 12. infra.

420 Præter dicta, quæstio est, qualiter procedendum sit in collationibus beneficiorum, quorum provisio pertinet ad Capitulum, prout est in Ecclesiis Cathedralibus Collegiatis, & similibus? Non egimus hic de collatione Prælatura, quæ sit electione, vel postulatione, cum de his jam actum sit lib. 1. tit. 5. & 6. sed solum de collatione aliorum beneficiorum, sive curatorum, sive simplicium, &c. & de hoc agitur in c. Cum in Ecclesiis. 33. h. t. in 6. ubi dicitur. cum in Ecclesiis Canonicorum receptio, aut præbendarum, vel beneficiorum collatio imminet facienda, absentes Canocicos (si commode fieri valeat) esse vocandos; nisi consuetudo habeat, eos ad talia non vocari; alioquin, quod in eorum absentia fieri contigerit, eis instantibus irritari debet.

Ex quo c. deducitur, quando collatio beneficiorum, vel receptio in Canonicum spectat ad Capitulum, ad ejusmodi actum vocari debere quemlibet Capitularem, si est in loco, unde commode vocari possit (nisi aliud consuetudo habeat talis Ecclesia) secùs contemptum agere posse ad rescidendam provisionem factam se absente, & non vocato, cum debuisset, quod verum est, licet ejusmodi provisio facta esset à majori parte Capitularium præsentium. Nam, esto provisio pendeat à roto Capitulo, qua tali, & non à singulis: pendet tamen à singulis *consensus* in talet provisionem.

ARTICULUS VI.

De potestate conferendi beneficia.

421 D E hac materia, in quantum concer-
nit potestatem Summi Pontificis, agitur in c. Licet. 2. h. t. in 6. uti dicitur: quod Ecclesiastum, Personatum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Roma-

num uoscatur Pontificem pertinere ita, quod non solum ipsa, cum vacant, potest de jure conferre, verum etiam jus in ipsis tribuere vacaturis: collationem tamen Ecclesiastum, Personatum, dignitatum, & beneficiorum apud Sedem Apostolicam vacantium, specialius cæteris antiqua consuetudo Romanis Pontificibus reservavit, ubi occasione verborum plenaria dispositio, complures apud Barbas in dict. c. Licet a. n. 2. tradunt, Papam esse Dominum beneficiorum ita, ut ad libitum de illis disponere posset, atque adeo, posse Pontificem in Beneficiatis, quidquid voluerit, privare, mutare, & extinguere: quamvis ab eod. n. 7. citetur in contrarium D. Thomas 2. 2. q. 100. Art. 1. & q. 65. a. 2. cum aliis, voluntibus, Summo Pontifici commissam eorum dispensationem, à Christo, prout expedire judicaverit ad divinum cultum in terris, Ecclesiæ bonum commune, ac salutem animarum; & hoc ob expressam B. Pauli Auctoritatem 1. ad Cor. c. 4. ibi Sic nos existimet homo, &c. & 1. ad Cor. cap. 9. ibi: dispensatio mihi credita est, & 2. ad Cor. cap. 6. & cap. ult. ibi, Secundum potestatem mihi traditam, & facit illud Lucæ 12. ibi. *Quis putas est fidelis Dispensator?*

Not. autem, tribus potissimum modis 422
Summo Pontifice conferre posse, ac solle
beneficia Ecclesiastica, ut docet Rebuffus
in Praxit. de devolut. n. 46. Laymam l.
4. Theolog. moral. tr. 2. c. 10. a. n. 2. & alii;
nimis jure preventionis, concursus, &
devolutionis. Licet enim etiam Ordina-
rii Locorum, & complures, alii, etiam in-
feriores, habeant concessam à Papa potes-
tatem conferendi beneficia, per hoc ta-
men non esse ademptam Pontifici potes-
tatem disponendi circa eadem, sed remane-
re etiam penes illum, & quidem majorem,
ac potiorem, ut constabit ex seqq. quibus
positis de primis duobus dicemus in seq. de
tertio autem tit. 8. de concess. præbende.

§. 1.

De jure preventionis.

C Um ex n. 421. constet, in Summo 423
Pontifice amplissimam esse authori-
tatem, ac potestatem disponendi de benefi-
ciis Ecclesiasticis, merito ei etiam attribui-
tur potestas ea conferendi jure preventi-
onis, quod contingit, quando certæ perso-
nae mandat provideri de beneficio vacante,
vel